

## **Werk**

**Titel:** Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

**Jahr:** 1743

**Kollektion:** Zoologica

**Werk Id:** PPN369546733

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546733> | LOG\_0203

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546733>

## **Terms and Conditions**

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## **Contact**

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

## CAPUT VIGESIMUM PRIMUM.

## XXI. HOOFDSTUK.

*Arbor Spiculorum. Caju Caloway.**Caloways-Boom.*

**C**aloway duplex est, latifolia & angustifolia, quæ iterum duplex est. Latifolia est arbor mediocris, ramos gerens utcunque rectos, firmos, & virides, quorum folia superiora plerumque sunt inordinata, inferiora vero bina & terna simul in una rami parte; Folia hæc sunt longa & angusta, majora illis Canarii, firma, ab utraque parte acuminata, decem & undecim pollices longa, tres ac tres cum dimidio lata, pallide virentia, paucisque tenuibus & nigricantibus costis pertexta. Truncus haud multo crassior est illo Calappi.

Ejus lignum pallide flavescit, & siccum albicat, quibusdam in locis nigricantibus venis distinctum, seu filamentis variegatum, quæ circa cor adeo concurrunt, ut *Novella nigra* simile sit lignum, estque porro satis grave & durum, quales & reliquæ hujus arboris partes.

Angustifolia species alia varietas observatur, quæ multo breviora gerit folia, quam præcedens, sed quæ paulo latiora sunt. Alia insuper species, quæ latifoliae magis adcredit, folia gerit decem & duodecim pollices longa, tres quatuorque lata, horum vero costæ sunt frequentiores ac parallelæ, inferior ipsorum pars ex cæruleo virefcit, uti *Palala* secundæ & tertiæ, quorum saporem hujus arboris folia quoque habent. Hujus lignum magis albet & mollius est quam præcedentis, sine nigris maculis, nihilominus tamen durabile ad testâ.

Tertia ac proprie angustifolia species folia gerit tredecim ac quatuordecim pollices longa, tres quatuorque lata, inferius glauca, paucis obliquis costis donata, suntque firma, in junioribus ramis sunt alternata, & in orbem simul locata, inferius nempe quinque ac sex, superius octo in circulo quasi disposita, quæque flaccida sunt & deorsum dependent, interstitia nodorum pedem circiter longa sunt, viridique cortice obducta, in longis ramis superiores isti circuli in quinque firmos ramulos dividuntur, quorum quatuor in orbem ponuntur, ac quintus incurvus eminet, ex octo, novem, & decem foliis formati, eodem modo positis, quæ decem ac undecim pollices longa sunt, binos lata, omnia per flacciditatem dependentia, ac tali modo penicillum Partisani referunt, ubi vero hi quinque ramuli exoriuntur, circulus est ex decem vel undecim foliis compositus, quæ non dependent, sed oblique eriguntur, atque post sesquipedale interstitium alius exoritur circulus, ex octo novemque foliis formatus, quæ omnium longissima & firmissima sunt, atque transversaliter instar radiorum stellæ emittuntur.

Hujus speciei truncus angulosus & fulcatus est instar illius *Lansii*. Lignum vero durum, grave, plurimisque nigris maculis variegatum, quam in ulla antecedente specie, circa cor obscure cinereum est, instar *Novella nigra*, videturque siccum esse, sed subtili imprægnatum est pinguedine, unde & flammam facile concipit, claramque excitat, odorem vero fundit instar piscis saliti & tosti.

Per ingentem siccitatem tam raro fructus producit, ut nunquam illos viderim, licet varios ejus truncos excidi jufferim, nec incolæ mihi istos notare poterant.

**Nomen.** Latine *Arbor spiculorum*, ac prima species *latifolia*, secunda & tertia species *angustifolia* & *æruginea*, ac peculiariter quoque tertia *stellata*. Malaice *Caju* & *Danu Caloway* a subsequenti ejus usu, ac sic quoque Amboinice *Manu Caloway* seu *Oebat Caloway*, h. e. *pharmacum contra arundinacea jacula*. In Hitoea *Aylanu Selu*, ex similitudine foliorum piscis *Geep*, alii Hitoeses hanc vocant *Haul Amuret*. Ternatice *Gabi Gabi*, h. e. *Pangil*, seu nutu clamare.

**Locus.** Hæc arbor raro occurrit, ac tantum in ventosis monticulis.

**Ufus.** Lignum aptum est ædificiis ac potissimum ipsarum tectis, quum graves ex ipso postes formari nequeant. Tenera ejus folia masticata, vulneribusque inposita, ex telis jaculatoriis, *Caloway* dictis, contracta,

**C**aloways-boom is tweederlei, breedbladige en smalbladige, die weder tweederlei is. De breedbladige is een middelbare boom, met veel regte, styve, en groene takken, waar aan de voorste bladeren meest zonder order staan; maar de agterste twee en drie bymalkander, en dat aan de eene zyde van den tak, de bladeren zyn lank en smal, grooter dan die van de Canari-boom, styf, agter en woren toegespitst, tien en elf duymen lank, drie en drie en een half breed, doots-groen, met weinige subtile en swartachtige ribben. De stam werd niet veel dikker, dan een Calappus-boom.

Het hout is bleek-geel, en besterft witachtig, hier en daar met zwartachtige aderen, ofte draadjes gespikkeld, en omtrent het hart zo wigt vy malikaner, dan de *Novella nigra* gelykt, voorts redelyk zwaar en hard, dog droog, gelyk alle deelen des booms zyn.

Het smalbladige heeft eenige verandering, want eene zoorte heeft wel korter bladeren, dan de voorgaande, maar die wat breder zyn. Een andere zoorte, die meer met 't breedbladige over-een-komt, heeft bladeren mede tien a twaalf duimen lank, drie en vier breed, maar de ribben zyn meerder, en lopen parallel, de onderste zyde is blaauw-groen, gelyk aan de *Palala* de tweede en derde, welkers smaak deze bladeren ook eenigzints hebben. Het hout is wat witter en weker, dan 't voorige, zonder de zwarte stippeltjes, niet te min durabel in 't dakwerk.

De derde en eigentlyk smalbladige, heeft bladeren dertien a veertien duimen lank, drie en vier breed, van onderen regt-blaauw of Spaans-groen, met weinige schuinze ribben, en styf, aan de jonge takken staanze met beurtten, en in kringen van malkander, te weten, agter vyf en ses, voor acht in een kring, maar de voorste zyn slap, en hangen nederwaarts, de plaatzen tusschen de kringen zyn omtrent een voet lang, en met een groene schorste bedekt, aan de lange takken verdeelen baar de bovenste kringen in vyf styve ryskens, waar van de vier om de middelste staan. en dragen boven een kroon van acht, negen, en tien bladeren in voorschreve situatie, tien en elf duymen lank, twee dito breed, alle wegens baare slappigheid afhangende, en zo een quast van een Partisaan vertonende; daar deze vyf takjes t'zamen stoten, staat een kring van tien of elf bladeren, niet hangende, maar schuyns over eynd, en na een spatie van anderhalf voet, een andere kring van acht en negen bladeren, de langste en styfste van allen, en regt over-dwers, als de stralen van een Ster.

De stam van deze zoorte is wat hoekig, en gevoorn, als die van de Lanze-boom; het hout mede hart, swaar, en met meerder swarte spikkeltjes dan alle de voorgaande, omtrent het hart donker-graauw, gelyk de *Novella nigra*; 't schynt droog, maar heeft een subtile vettigheid, daarom het vuur ligt ontfangende, en helder brandende, doch riekt als gebrande zoute visch.

Het draagt zo zelden vruchten wegens zyne groote droogte, dat ik ze tot noch toe niet gezien heb; hoewel ik verscheide stammen heb laten omkappen, en de Inlanders wistenze ny ook niet te beduyden.

**Naam.** In 't Latyn *Arbor spiculorum*, de eerste zoorte *latifolia*, de tweede en derde *angustifolia* & *æruginea*, en in 't byzonder de derde *stellata*. Op Maleyts *Caju* en *Danu Caloway*, van 't volgende gebruik, en zo in 't Amboinisch *Manu Caloway* of *Oebat Caloway*, dat is *Pharmacum contra arundinacea jacula*. Op Hitoea *Aylanu Selu*, van de gelykenisse der bladeren na den *Visch Geep*; andere Hitoeëzen noemen hem *Haul Amuret*. Op Ternaats *Gabi Gabi*, dat is *Pangil*, of roepen met een wenk.

Plaats. Dezen boom word mede weinig gevonden, en dat alleen op luchtige bergkens.

Gebruik. Het hout is bequaam tot den huysbouw, meest tot 't dakwerk, want men kan geen swaare stylen daar van hebben. De jonge bladeren geknouwt, en op de wonden gelegd, die van *Werp-pylen Caloway* gemaakt zyn,



Sta, ramenta & fragmenta extrahunt, quæ ex ipsis inhærent vulneribus; Caloway enim longa sunt tela ex acuta arundine aliove ligno confecta, quæ ex manu vibrantur, Ceramensi populo vulgarissima, quæ noxia admodum sunt instrumenta vulnerantia, atque ad ossa penetrantia in ramenta facile diffiliunt, vel ipsis tam firmiter inhærent, ita ut evelli nequeant, quin disrumpantur. Piscis Gepe hanc quoque malignam habet naturam, quod homines pusillis navigiis insidentes vulneret in pedibus vel brachiis eodem modo ac Caloway, a quibus utrisque hæc arbor suum fortita fuit nomen, ac folia formam. Alii masticata vel contrita folia anthracibus inponunt, ut magis intumescant & disrumpantur. Ejus lignum foco etiam conducit.

### Tabula Centesima Sexta

Ramum exhibet *Arboris spiculatorum*, quæ *Caju Caloway* incolis dicitur.

zyn, trekt de splinters en stukken wyt, die van dezelve in de wonde zyn steken blyven, want Caloway zyn lange pylen van scherp riet, of ander hout gemaakt, die men wyt de hand schiet, by de Ceramse Volkeren zeer gemeen, een snood geweer 't welk in 't quetzen op het been stotende, ligt splintert, of in 't been zodanig steken blyft, dat men 't zonder stukken niet uyttrekken kan. De *Visch Gepe* is mede van die booze natuure, dat by de luyden in kleene praauwen zittende, dikwils in een arm of been schiet, als een Caloway, van welke beyde dezen boom zynen naam, en de bladeren baare gedaante hebben. Andere leggen de geknouwde of gewrevene bladeren op de bloedsweren, die ze sterkeleyk optrekken, en tot 't breken brengen. Zyn hout kan men tot brandhout gebruyken.

### De hondert en zesde Plaat

Vertoont een Tak van de *Splinter-boom*, die *Caju Caloway* by de Inlanders genaamt wert.

## CAPUT VIGESIM. SECUNDUM.

### *Clompanus major. Clompan.*

**H**Æc arbor *Eriophoro* quam simillima est, ejus autem rami non ita ordinati sunt, nec truncus spinis obsessus est, nec cortex ita albicat quam *Eriophori*, cæterum ejusdem altitudinis & crassitie. Folia plerumque in ramorum summo progernant longis in petiolis, qui ad finem incurvantur, atque inordinati sunt. Septem autem folia petiolo simul infident, plerumque in orbem, *Eriophori* foliis simillima, sed majora, & superius latissima, ac subito in apicem desinentia, horum medium novem pollices longum est, tres cum dimidio latum, reliquaque tria lateralia pollice breviora sunt, firmiora, & crassiora illis *Eriophori*, inferne viridia, superne pallidiora.

Flores concavum referunt caliculum, ex quatuor vel quinque petalis formati obliquis, & retrorsum flexis, fere instar *Papajæ* floris, in medio autem pistillum erigitur, ex albo flavescens ac viscosum, quod ad basin obscure rubet, odoris ingrati.

Fructus bursam refert uno latere rectam, altero incurvam, instar crescentis lunæ, incurvum gerens apicem instar harpaginis, externe primo viridis, dein croceus, ac demum nigricans, ex brevi crassoque petiolo dependens, quique maturus ad rotundam defixit partem. Putamen exterius durum est, semidigitum crassum, interne ex incarnato colore eleganter rubet, in multas cellulas divisum, in quibus officula locata sunt rubra pellicula obducta, atque sub hac tenuis ac nigra gluma. Officula hæc sicca inposita sunt medullæ, multis fibrillis pertextæ instar *Tamarindi* fructuum. Quodvis officulum *Fabæ* magnitudinem habet, oblongo-rotundum, externe nigerrimum, non autem splendens, interne albicat, estque durum, ac pinguisimum, ita ut oleum ex illo exprimi possit.

Si cortex incidatur, album exstillat lac, quod statim inspissatur instar calcis, sed paucissimum, & in petiolis non observatur: *Vulgarium* arborum lignum est album, molle, & fragile, si vero arbor sit vetusta, cor gerit flavum & duriusculum, per longitudinem striatum instar ligni *Ciati*, ex quo *Bandaneses* & *Ceramenses* afferes fecant, ad cistas & scriniaria opera, lignum hoc, licet sit leve, in aqua fundum petit, quum sit fungosum, & aquam inbibat.

In *Macassara* hæc arbor in tantam non excrescit altitudinem quam *Amboinensis*, sed magis extensa est, & crassior gerit truncum, si floreat, tetrum spirat odorem, qui per ventum ad longam percipitur distantiam. Lignum ibi quoque flavescit, ac quodammodo ruffescit, & per longitudinem striatum est, quod ad crassos adhibetur afferes, ex quibus *Æthiopes* sepulchra & minora formant navigia.

*Nomen.* Latine *Clompanus major*. Malaice *Clompan*. *Macassarice* *Calompon*. *Bandaice* *Fougul*, quidam hanc vocant *Eriophorum silvestrem*, contra *Ternatenses silvestrem Maroccam*, quum subsequenter *Clompanum* minorem domesticam putent esse.

*Locus.*

## XXII. HOOFDSTUK.

### De groote Clompan-Boom, ofte de wilde Capox-Boom.

**D**Eze boom is den *Capox-boom* zeer gelyk, doch de takken wassen juist in zulken order niet, ook heeft den stam geene doornen, en de schorsse is zo wit niet als aan den *Capox-boom*, woorts van dezelfde dikte en hoogte. De bladeren hangen meest aan 't voorste der takken, op lange steelen, dewelke aan 't eynde krommen, en zonder order staan, 7. bladeren teffens op eenen steel, meest in een kring, de *Capox-bladeren* gelyk, maar grooter, na voren wat breed, en schielijk in een spits eyndigende, het middelste is 5. duymen lang, 3. dito breed, de andere 3. te weerzyden telkens een duym korter, styver, en dikker, als de *Capox-bladeren*, binnen zynze wat groen, van buyten wat bleeker.

De bloemen zyn als een bol keltje, van 4. a 5. blaadjes gemaakt, scheef, en agterwaarts gebogen, schier als de bloemen van *Papaja*, in de midden met een hoornje, van verwe wit-geel, en als besmeerd, op de grond donker-rood, van reuk wyl.

De vrucht is als een beurs, doch de eene zyde is regt, en de andere krom als een wassende Maan, met een kromme spits voor op, als een bank, van buyten eerst groen, daar na hoog-geel, en ten laatsten swartachtig, aan een korte dikke steel hangende, ryp zynde, aan de ronde zyde open berstende. De buytenste bolster is hart, en wel een halve vinger dik, binnen is ze schoon incarnaat-rood, in veele Cellen verdeeld, daar inne korts leggen met een rood vlies bekleed, en daar onder een swarte dunne schaal. Deze korts leggen in een droog merg, met veele vezelingen doortrokken, gelyk de vruchten van *Tamarinde*. Ieder korts is in de grootte van een boon, langwerpig-rond, van buyten pikwart, doch niet glimmende, 't binnenste is wit, hardachtig, doch zeer vet, zo dat men oly daar wyt persen kan.

Als men in de schorsse kapt, komt een witte melk voor den dag, doch word terstond droog, als kalk, maar zeer weinig, en is aan de steelen niet te zien; 't hout van de gemeene bomen is wit, week, en breekzaam, maar als den boom oud word, krygt by binnen een geel en hardachtig hout, in de lengte gestreept als *Kiaten-hout*, waar van de *Bandanzen* en *Ceramers* planken zagen, tot *Kistjes*, en voor de *Schrynwerkers* bequaam; dit versche hout al is 't ligt, zinkt evenwel in 't water, om dat het voos is, en 't water inzuigt.

Op *Macasser* werd deze boom zo hoog niet als de *Amboinische*, maar meer wytgebreyd, en dik van stam, als by bloeyd, geeft by een wylsen reuk van zig, die de wind verre voerd; 't hout is aldaar ook geelachtig, na den rofsen trekkende, in de lengte geaderd of gestreept, gebruykelyk tot dikke planken, waar van de *Mooren* bare graven maken, als mede praauwen.

*Naam.* In 't Latyn *Clompanus major*. Op *Maleys* *Clompan*. *Macassars* *Calompon*. *Bandanees* *Fougul*, zommige noemen hem wilde *Capok-boom*, daar en tegen de *Ternatanen* wilde *Marocca*, om datze de volgende kleene *Clompan* voor de tamme houden.

*Plaats.*